



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epitome In Qvatvor Lib. Sententiarvm M. Petri Lombardi

Spina, Claudius de

Parisiis, 1551

35. de diuortio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38840

IN QVART. LIB. 285
DE DIVORTIO, EX
adulterio sequuto.

DISTINCT. Trigesimæquintæ
CAP. Primum.

*Vterque coniugum pro adulterio
diuortium postulare potest.*

32. q. 5
christia
na.
INnoc. papa, Christiana religio in vtroque
adulterium pari ratione condemnat, sed
viro s suos mulieres non facile de adulte-
rio accusant, viri autem liberiùs vxores suas
adulteras apud sacerdotes deferre consueue-
runt. Et ideo mulieribus, prodito earum cri-
mine, negatur communio: virorum autem la-
tente commisso, non facile quisquam ex su-
spicionibus arcetur: qui tamen submouebi-
tur, si eius flagitium detegatur.

CAP. Secundum. *Adulter adulte-
ram repudiare non valet,
& econuerso.*

32. q. 6
parag.
esse.
Re. 2.
AVg. Nihil iniquius est, quàm causa for-
nicationis dimittere vxorem, si & ipse
conuincitur fornicari. occurrit enim
illud, In quo alterum iudicas, te ipsum con-
deimnas. Quapropter quisquis fornicationis
causa vult abiicere vxorem, prior debet esse
fornicatione priuatus. quod similiter & de
fœmina dixerim.

C A P. Tertium. Fornicatio non soluit
vinculum coniugale.

SI quis autem fornicationis expers, fornicariam dimiserit, alij copulari non potest, sed continere oportet, vel ad dimissam redire, sic & de foemina. Vnde & Apost. 1. cor. 7
His qui matrimonio iuncti sunt praecipio, mat. 19
non ego, sed dominus, uxorem a viro non
discedere. quod si discesserit, maneat inupta,
aut viro suo reconcilietur. & de viro addit,
Et vir uxorem non dimittat.

285. a

C A P. Quartum. Prohibetur inter eos
matrimonium, qui se prius
polluerunt per
adulterium.

DE hoc Leo papa: Relatum est auribus
sanctorum sacerdotum, quendam alte-
rius uxorem stupro violasse, & in su-
per mœchæ iuramentum dedisse, quod post
legitimi mariti mortem si superuieret, du-
ceret eam in uxorem. quod & factum est. Ta-
le ergo cōnubium prohibemus & anathema
tizamus. Ad id verò quod dicit Aug. fieri pos-
se coniugium cum qua praecessit adulteriū,
dicitur esse intelligendum, si de peccato pœ-
nituerint, & nihil in mortem viri machinatae
sunt, nec viuente viro fidem adulteræ dedit
mœchus, quod eam in cōiugio duceret si su-
peruieret. Similiter illud Aug. Posse fieri li-

dilatatio ob-
iectorum ex
aug.31. q. 1.
c. nullū
& c. re-
latum.lib. de
nupt.
& cō-
cup.29. c.
si fœ-
na,ibid
si q
lib

citatis nuptias ex personis illicitè coniunctis, honesto placito subsequente, manifestum est: dicitur esse intelligendum de concubinis, quas concedit posse transire ad honestum placitum nuptiarum, si castitatem & fidem seruare velint.

DE IMPEDIMENTO
conditionis.

DISTINCT. Trigesimæ sextæ
CAP. Primum.

Error conditionis potest dirimere matrimonium contractum.

29. q. 2
si femina,

ibid. c.
si quis liber.

Dicitur: Si quis ingenuus homo ancillam alterius, uxorem acceperit, & æstimat quod ingenua sit, si ipsa femina fuerat post eam in seruitutem deiecta, si eam à seruitute redimere potest, redimat: si non potest, si voluerit, aliam accipiat, &c. Si enim conditionis dolum patitur, non cogitur adhærere ei cuius fraude deceptio facta est. Si autem vir scierit conditionem mulieris, vel econuerso, non valet eam dimittere.

CAP. Secundum. *Inter seruos coniugium contractum, ratum habetur.*

ITa de hoc statutum est: dictum est nobis, quod quidam legitima seruorum matrimonia, potestatiua quadam præsumptione dirimunt, non attendentes illud, Quod Deus coniunxit, homo non separet. Vnde

Haftenus de impedimentis precedentibus matrimonii contractu & contractu subsequentibus, nunc de cõcomitatibus.

285. b